Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ipsi iudices uestri erunt. Porro si in digito dei eijcio doe„
monia, profecto peruenit in uos regnum Dei. Cum fortis
armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possi,
det: Si autem fortior eo superueniens uicerit eum, uni,
uersa arma eius auferet, in quibus confidebat, et spolia eius
distribuet. Qui non est mecum, contra me est: et qui non
colligit mecum, dispergit. Cum imundus spiritus exierit
ab homine, ambulat per loca inaquosa, q̃rens requiem,
et non inueniens, dicit, reuertar in domum meam, unde
exiui: et cum uenerit, inuenit eam scopis mundatam, et
ornatam: tunc uadit, et assumit septem alios spiritus secũ,
nequiores se, et ingressi, habitant ibi, et fiunt nouissima
hominis illius peiora prioribus. Factum est autem, cum
hæc diceret, extollens uocem quædam mulier de turba,
dixit illi: Beatus uenter qui te portauit, et ubera quæ
suxisti, At ille dixit: quinimo: Beati qui audiunt uerbũ
Dei, et custodiunt illud.

Sequentia Sancti Euangelij
Scdm Marcum. Vltimo.

In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis,
apparuit illis Ihesus, et exprobrauit illis incredulitatẽ
illorum, et duritiam cordis: quia his, qui uiderãt illum